



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 11. Hi articuli a futuro Rege confirmati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

gre observet, atque ab omnibus obser- Sæc. XVII.
vari curet, simulque cuncta gravamina A. C. 1618.
subinde emergentia in comitiis, saltem
quolibet triennio celebrandis, tollat,
Regniq; negotia per Hungaros pertra-
ctet, eisq; Præfecturas conferat. His
nondum contenti Protestantes, insuper
petebant, ut Judices sine Religionis di-
scrimine eligerentur, cunctisque No-
bilibus, liberis civitatibus, universis-
que Regni Ordinibus, etiam in confi-
niis Hungariæ, necnon in oppidis, &
villis Religionis exercitium ubique li-
berum relinqueretur, nec quisquam in
libero ejus usu a quopiam, aut quovis
modo turbaretur: Insuper Rex coronam
Regni ex Hungariæ Regno nunquam
auferat, vel auferri permittat, sed in
Regia conservet, foedera cum Bohemis
observet, arces quasdam ab Austriacis
& Polonis gratis liberet, & Regnico-
lis restituat, Nobilibus vero Heiduccis
sua privilegia confirmet, seque in Re-
gni administrationem, superstite Cæsa-
re, non ingessurum spondeat.

§. XI.

Hi articuli a futuro Rege confirmati.

Priusquam Hungariæ Proceres Ferdi- *Petrus de*
nando Regi hosce articulos trade- *Reva Mo-*
rent, in locum Comitis Georgii Turso- *narch. Hung*
cent. 7.
nis

Sæc. XVII. nis defuncti Palatini Comitem Sigis-
 A. C. 1618. mundum Forgatsium subrogant, ac per
 eum Ferdinando præscriptas porrigunt
 conditiones, quibus perlectis hic eis-
 dem respondit, quod omnes hi articuli,
 excepto primo & ultimo, potius eorum
 gravamina, quam sui electionem a Cæ-
 sare propositam respicerent; cum ergo
 hisce rebus sese immiscere, haud sibi
 integrum foret, aliunde vero de propen-
 sa has querelas tollendi voluntate Cæ-
 sareæ certi essent, hinc illos monitos
 velit, ut ad ea, quæ Cæsar deliberan-
 da proposuisset, progredierentur. Ve-
 rum hoc responso haud contenti Prote-
 stantes, petita sua rursus urgebant,
 quocirca Cæsar æque ac Ferdinandus
 præfatos omnes articulos ratos habe-
 bant, traditis hanc in rem publicæ fi-
 dei literis. Igitur die decima sexta
 Maij Ferdinandus Archidux in Regem
 Hungariæ proclamatus, die prima Ju-
 lii a Petro Pazmanio Strigoniensi Ar-
 chiepiscopo coronatus est, populi jubi-
 lis, festivis ignibus, crebrisque tor-
 mentorum explosionibus per totam cir-
 cum Regionem reboantibus. Absolu-
 ta tandem hac solemnitatem, ac Regina
 pariter ibidem inuncta & coronata Fer-
 dinandus cum Maximiliano Archiduce
 componendis Bohemiæ turbis operam
 daturus Viennam reversus est.

§. XII.

*Pannon belli
 & pac. Hist.
 part. 1. pag.
 244.*

*Han novo &
 vetus Pan-
 non pag. 313.*